Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1519
Quelle:
Copyright:

CCCCIX.

897 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 78. 4. in *Bohemia*, ut videtur, exaratus inſcribitur a paullo recentiore manu: *Decalogus Jo: Wiclef*, rectius apud *Baleum: De Mandatis Divinis;* ad Decalogum enim in particulari primo deſcenditur *fol.* 47. p. 2. unde alia manus fronti bene adjecit: *De quiditate Juris et Juſticiæ in genere.* Initium eſt: *Premiſſa ſententia de dominio in communi ac ſpeculatiua de ſpiritu qui eſt homo* &c. Abrumpitur jam in *Praecepto* III. et Capite *de loco, tempore et forma orandi*, his verbis: *habentes mentes in foro et corpus in cbo* — — ro.

CCCCX.

886 Codex partim chartaceus, partim membraneus lat. Sec. XV. Folior. 343. f. per duas columnas non una manu exaratus, rubricisque diſtinctus continet *Job. Wicleſi Libros III. de Dominio Divino*, quorum I. praemiſſum habet *Regeſtum*, et incipit: *Cum quilibet chriſtianus et ſpecialiter Theologus* &c. Ut alias. *Libros* hos III. praeponi debere *Summae Theologicae Wicleſi* dicitur in Bibliographia, de qua memini *Cod.* CCCXCI. quaeque hoc ipſo *Codice* infra *fol.* 223. recurret. Liber II. in hoc Exemplo fine mutilus eſt.

II. *fol.* 49. Ejusdem *de Apoſtaſia.* Eſt hic Liber juxta mox *cit.* Bibliographiam *Summae Theol.* undecimus; incipit vero: *Reſtat vlterius ponere aliud principium pro ambitu hereſis ſymoniace* &c. Iſtud initium *Baleus* non adtulit. Ad calcem nobis legitur: *Explicit Tractatus de Apoſtaſia Magiſtri Johannis Wiclef doctoris euangelici.*

III. *fol.* 129. Ejusdem *de Blasfemia.* Seu *Summae Theol.* Liber duodecimus. Incipit: *Reſtat ſuccincte de blasfemia pertractandum* &c. Ut alibi. Adhaeret Bibliographia mox *cit.* cui ſubſcriptum: 1453. *aſſumptionis.*

IV. *fol.* 225. Ejusdem *de ſtatu innocencie*, qui eſt *Summae Theol.* Liber ſecundus. Incipit: *Ut ſupradicta* (ſcilicet L. I.) *magis appareant, oportet parumper disgredi* &c. Ut alibi.

V. *fol.* 237. Ejusdem *de Trinitate.* Incipit: *Supereſt inveſtigare de diſtinctione et convenientia perſonarum* &c. Ut alibi.

VI. *fol.* 273. *Incipiunt propoſitiones et Articuli Reuerendiſſimi in chriſto patris Richardi primatis ybernye — contra ordines mendicantes* &c. *Et hec predicauit coram domino papa In conſiſtorio et Cardinalibus ac prelatis* (inferius additur *apud Auinionem*) *anno domini M°. CCC. LVII. die VIII. menſis nouembris.* Pluribus agetur *Cod.* DXLVII. de hoc Sermone, cujus Thema: *Nolite iudicare ſecundum faciem* &c. *Job.* 7. initium autem: *Pater ſanctiſſime in principio mei ſermonis proteſtor, quod non intendo aliquid aſſerere* &c.

VII.